

2773

HOMILETICI.

2774

de conditione doctoris. restat pars septima quam habemus pre manibus difficilior et diffusior quam alie videlicet de doctrina hominis pertinente ad predicatorum secundum experimentum practice. Sed quoniam de dominicalibus et sanctorum festiuitatibus ad pie memorie papam Alexandrum quartum scribentes eius imperio et precepto nos expediuimus. ideo de hiis que pertinent ad diuersa statuum et officiorum genera prout dominus dederit subiungamus et titulo subnectamus. De diuersis statibus et officiis. De preceptis diuinis. de sacramentalibus et misterijs. de penis et gaudijs. Sequitur dein Elenchus Statuum, ut ait, uel officiorum XXXV. quorum cuius duos saltem Sermones per decursum dicat Noster, narratiunculis pro aevi credulitate conspersos et ad mores cognoscendos non inopportunos. Scripti sunt post an. 1261. quo Alexander IV. obiit, editique Lovanii per Job. de Westphalia circa an. 1473. Lugduni 1511. et Parisiis 1513. ut testatur Foppenius

in *Bibl. Belg. P. I. p. 386.* quem una cum *Waddingo* et *Fabricio* de *Gilberto* variisque ejus *Lucubrationibus* adi. Nec te moveat *Oudinus T. III. col. 500.* *Sermones* nostros ab eo ad *Humbertum de Romanis O. P.* transferens. Titulo deceptum fuisse *ΑΥΤΟΨΙΑ* docet. Longe alii sunt *Sermones*, seu breviculae potius *Collationes*, *Humberti ad diuersos Status*, quorum Editio curata a *Pallante Spangelio Prof. Heidelberg. Hagenoae 1509. f.* mihi objacet. *Sermo Humberti* seu *Collatio I.* inscribitur: *Ad omnes Homines*, et incipit: *Omnis homo est exhortandus ut caueat a malo &c.* *Sermo Gilberti I.* autem: *In electione Prelatorum*, et incipit: *Elegi dauid seruum meum &c.* A fol. 171. habentur *Sermones II.* In capitulo ad fratres minores, quorum in *Elencho* praevio nulla mentio. Ordo etiam *Elenchi* in eo peruersus est, quod *Sermones de Sacramentis* eos, qui de *Preceptis diuinis* sunt, praecedant. Ad calcem legitur:

Dextera scriptoris careat grauitate doloris.

Et rubro: *Expliciunt sermones Gyliberti ad status.*

DCCLX.

662 Codex membraneus lat. Sec. partim XIV. partim XV. Folior. 170. 4. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus completur sequentia: I. *Sermones breuiculos duos*, quorum prior inscribitur: *Sermo dominicalis*, et exponit

Lucae C. 7. v. 12. Ecce defunctus efferebatur &c. hoc initio: *Defunctus iste signat animam in peccatis mortuam &c.* Alter de *sancto vdelrico*, in illud: *Benedictio domini super caput iusti. Sap. X.* incipit: *Verba ista possunt (dici) de beato vdelrico qui benedictionem domini promeruit &c.* Plures ejusmodi *Sermones* olim in *Codice* praecessisse, palam

2775

C O D I C E S

2776

palam facit Numerus miniatus XXIX. folio nunc primo inscriptus.

II. fol. 2. Incipit Summa theologicæ ueritatis. Hic Titulus est Elenchi Capitum Libri I. Sed Prologus rectius hac Epigraphe utitur: *Prologus in compendium theologicæ ueritatis*; hoc enim uocabulo notior est hic Tractatus Hugonis de Argentina O. P. non Thomae de Aquino, ut etiam hic manus Sec. XV. perperam adnotauit. Initium eius est: *Ueritatis theologicæ sublimitas cum superni sit splendoris radius &c.* ut jam ad Codd. CCCXX. aliosque dictum. In praesenti perturbationem quandam causat Liber II. manu Sec. XV. insertus, cui tamen adiectae

*Egregie martir domini.
do laudes tuo nomini
quod contulit tibi deus.*

Et tamen Autor ad Ambrosium provocat scribens: *Ob hoc te gloriosius laudat scribens Ambrosius*

*Christofore mi domine
pro tuo sancto nomine*

DCCLXI.

171 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 52. f. per 2. Columnas currente calamo scriptus completitur Incerti Sermones XLIV. quorum omnium Thema est illud: *Conuertimini ad me in toto Corde vestro. Joel. 2.* Primus porro sic procedit: *Scribitur thobie 3°. c°. Con-*

in marginibus Scribarum cautelae medentur.

III. fol. 95. Sermones breues de praecipuis Domini et SS. Festis per annum, quorum primus de natiuitate domini incipit: *Puer qui natus est nobis. ysa IX.* In themate premissa quinque sunt notanda, uidelicet *Quis Puer. Vbi natus &c.* Inter Sanctos recentiores sunt Georgius, Vitus et Udalicus. Ordo temporum non obseruatur, et quidam etiam Sermones morales, puta, de *Confessione, de Nuptiis &c.* immixti sunt. Omnia leuis momenti.

IV. fol. 170. manu Sec. XV. De sancto christoforo. Hymnus ex Actis fabulosis concinnatus, cuius Initium:

*tu uocabaris reprobus,
nunc diceris christoforus
progenie Cananeus &c.*

prodigia que fecisti. Subiectae sunt Preces ad eundem Sanctum eodem rhythmici genere conceptae:

*te deprecor confidenter,
ut christi nomen colere &c.*

uertimini peccatores et facite iustitiam coram deo &c. Ultimus finitur: *Conuertimini scilicet Precium vestrum contemplan-do Medicinam affeclando Sanguinem christi meditando.* His uerbis a latere adijcitur: *Nota in duobus sermonibus voraginis eodem die illud quod est ad propositum.* Ex quo liquet Sermones nostros posteriores esse Sermoni-